



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem
omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S.
Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum
triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§. 5. Videre est in Saul binos hos effectus inuidiæ, quem spiritus nequam
exeruciabat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53012)

cor exagitat, viscera depascitur? Invidia: hæc enim poena maxima est, videre præcellentiam fratrisque gloriam. Secundum. Semper inter dentes balbutiebat. *Quis est hic? Cur huic tanta gloria? Quis est hic? An non me minor? An non ego primogenitus? An patre genitus iustitæ, vel natura præditus eminentiori?*

Idem aduertit D. Gregor. in fratribus Ioseph. Aduertunt eum plus cæteris à patre diligi: eos enim virtutibus præcurrebat: hoc autem dicit textus, quod *Israël uel gebat Ioseph, super omnes filios suos, eo quod in senectute genuisset eum.* Alij legunt. *Ea quod Ioseph, filius senectutis, id est, senectutis.* Et lectio Chaldaica sic habet: *Quoniam filius Sappens erat ei.* De quo alibi. Ac proinde illum uelut polymita præ cæteris adornauit, quare confestim in inuidiam fratres rapiuntur. Ex hoc (docet D. Ambrosius) attendant parentes, ne filiorum præcæteris uerbis, muneribus, blanditiis honorent, hoc enim est fomitem inuidiam mini strare. Hinc in eorum cordibus exarsit odium diabolicum, cordis dolor, uiscerum cruciatus, uerba dedignatoria. *Videntes fratres eius, quod à patre plus cunctis filiis amaretur, oderant eum, nec poterant ei quidquam pacifice loqui.* *Quid est (perit D. Chrysostomus) non poterant pacifice loqui: quia affectu dominabatur eis. Et inuidia quotidie creuebat, quasi captiui facti, et tyrannidem huius mali ferentes, in dolo loquebantur.* Mi le uerba contempus euomebant in illum coram ipso etiam patre suo ex SS. Patrum Græcorum sententia, quod nostra uulgata lectio legit: *Accusarunt apud patrem crimine pessimo.* hoc legunt ipsi iuxta Septuaginta, *Accusabant eum apud patrem crimine pessimo.* Ita hunc locum explicant Origen, Theodoret, D. Cyrillus & Diodorus. Accesserunt ad patrem dicentes: *quis iste amor o pater? Nosti, quem tanti æstimas? nebulunculus est & impostor.*

S. 5. Videre est in Saul uinos hos effectus inuidiæ, quem spiritus nequam excruciat.

Patent omnia luce clarius in Rege Saule, in quem ingressus erat spiritus infernalis, quasi in domum sibi propriam: cum nedum ipsius possideret animam, sed & corpus. Ut autem hoc declarat spiritus sanctus uerbo termino quodam, quem Sancti Patres grauitate expendunt. D. Augustinus. a D. Gregorius. b D. Isidorus. c Exagrabat eum spiritus nequam d. q. d. Spiritus malus. An ergo diabolus inuenitur bonus? Omnes

enim tam mali sunt, ut Christus uoluerit nobis declarare idem esse: diabolus, & malus, ac proinde nos docuit, ut oraremus: *e Sed libera nos à malo.* Similiter in parabola de femine, id quod Diabolus duo Euangelistæ referunt dixisse Christum: *Ve. & malus nit diabolus & tollis uerbum de corde eorum.* At conuerialius refert eum dixisse: *Uenit malus, & tollit tunc uerbum de corde eorum.* Diabolus enim plenus e gutture uocatur malus, & nulla est inter utrumque differentia: quia idem est (diabolus) quod (malus) uerum est, concedo; sed licet omnes diaboli mali sint, eorum tamen multi, non sunt tam ex toto mali, quod nullam præferant apparentiam boni, in eo, ad quod hominem tentant, seu mouent: utpote deliciarum, uel honoris uel sensualis appetitus, uel uoluptatis, uel diuitiarum. Ille qui Saulem exagrabat, plenus uicibus, & uicibus manibus, erat diabolus malus per omnes casus: *Spiritus nequam*: nullo enim modo, aliquid habebat, quod uel minimi boni haberet apparentiam, quia ille ipse erat, qui etiam ad inuidiam pronocabat.

Composuit Abbas Cassianus octo tractatus de spiritibus malis, hoc est de diabolis, qui ad peccata homines sollicitant: Hi sunt diuersi: aliqui enim sunt, qui particulariter instigant ad unam speciem peccati, alij ad aliam. Aliquibus proprium est inclinare ad luxuriam, illos uocat S. Scriptura *Spiritus immundos*: alij suadent mendacia, illos dicit: *Spiritus mendaces*: alij inducunt ad errores: hos nominat *Spiritus erroris*: alij prouocant ad gulam, quos Cassianus intulit: *Spiritus gastrimargia*: alij ad diuitiarum opumque thesauros: hi sunt *Spiritus phylargyria*: De his & illis licet mali sint, dicere tamen possumus quòd aliquid habeant boni; idque in duobus. Primum (ait Cassianus) quod habeant facile remedium ex uirtute opposita; per illam enim destruuntur. At inuidia remedium habet difficillimum, & quasi impossibile: cum ex ipsa uirtute radices agat profundiores, & eo crescat amplius, quòd uirtutes, quas in aliis inuidet sunt illustriores. *Ipsis remediis, quibus cætera extinguuntur, accenditur.* Quocirca D. Petrus Chrysostomus insinuat hoc uitium, tanquam incurabile. *Quos conuergit, non possunt iam sanari.* Et hæc debet esse ratio, cur Abbas Cassianus, agens de omnibus spiritibus malis, non tractet de inuidia: tractat eum de iis, qui curari possunt, & eius est propositum præscribere singulis uitiis, singula remedia, uidetur autem hoc uitium omnem respicere medicinam: non quòd ei curando nullum superest remedium, sed quòd sit inexhausti laboris

CASSIANUS

Collat. 12. e. vii.

II. Inuidia vix est curabilis. Serm. 172.

opus. Quocirca Sancti eum quasi omnibus aris
 praesidiis que destitutum existant, cui tale vi-
 tium dominatur. Probat hoc D. Basil. sed parti-
 cularius D. Chrysol. comparando fornicarium
 Flo. 11 de Invidia
 Ho. 44 ad
 pop. To. 5. Corinthium virum qui erat alius scandalo, cum
 Caino: cuius licet peccatum grauilimum fue-
 rit, correctus tamen & castigatus per Apostolu,
 vitæ pibitæ sordes eluit per penitentiam, ad
 studia meliora conuersus; Cain autem admoni-
 tus, correctus, nimis territus ab ipso Deo, nul-
 lum suscepit salutis remedium. *Quidam olim
 D. CHR. in apud Corinthios fornicarius est, sed accusatus fuit, &
 Hom. 36 in breui correctus. Abeli Cain inuidit, sed sanatus non
 Ioan. 10. 3. est quia & Deo statim ipsius vlcera curam offeren-
 se magis intumescibat, & fluctuabatur, & in eadem
 properabat. Ex quo fonte declarat idem D. Chry-
 sol. ratione, ob quam Cainum peccantem, Deus
 ipse maledixit: Maledictus eris super terram. A-
 dam vero inobedientem, non maledixit sed
 Gen. 4. 11. terram: Maledicta terra in opere tuo. Ratio autem
 Gen. 3. 17. est hæc, quia Deum alicui maledicere est quasi
 eum vt incorrigibilem, & perditu abiecit, pro-
 inde in Adami peccato maledixit serpenti, vel
 Gen. 3. 14. dæmoni in serpente: Maledictus es super terram.
 Et eodem modo maledixit Cain vt omnibus pa-
 teat, quod eum eius crimen fuerit inuidiæ pecca-
 tum, & ingenitum diabolo, iam ex nunc de eius
 ita possit, atque de diaboli salute desperare. *Faci-
 nus iniquum, & inextinguibile flagitium* (ait D.
 D. CHR. Chrysol.) ipse poenam lauit, & quia sermo eadem
 Tom. 5. agit, qua serpens, & quasi organum seruini dia-
 boli voluntati, eandem videtur poenam multatus.
 Secundum, in quo alij demones tentatores
 boni aliquid habent, hoc est, quia illud ad quod
 pellicunt, & mouent: aliquam habet rationem
 boni, seu veri, seu apparentis. Hoc specificatum
 Rom. 43. deducit D. Chrysolom. Diabolus tentator ad
 ad. pop. immunditiam, aliquam habet rationem boni
 apparentis: nisi tunc dum representat, deli-
 cias ac voluptates. Ille vero qui ad intemperan-
 tiam: saporis habet rationem. Qui ad cupidi-
 tatem impellit; pecuniæ, opumque pallo te-
 git peccatum &c. Attamen diabolus ille, qui
 cordibus inuidiæ fauces conatur inuicere nihil
 habet, quod ratione boni pallietur, nec quidem
 apparentis: non enim allicit ad gustui delecta-
 bile, ad vitæ, vel honestum, sed hæc omnis eius
 est cura adferre cruciatu. Ob hoc ei proprium
 nomen à Spiritu sancto imponitur. *Spiritus com-
 Rom. 11. 8. punctionis.* Ita D. Paul. *Dedit illis Deus spiritum
 isa. 6. 9. compunctionis;* allegans illud Isaie: *Immisimus
 vobis Dominus spiritum soporis.* In Hebræo le-
 gimus verbum quod deriuatur ab eo quod signi-*

ficat, transfodere, lancinare, mordere. Acpro
 inde genuinè significat; spiritum lancinadrem,
 pungentem, mordentem. Apertissima spiritus in-
 uidioli descriptio, cum ei proprium sic viscera
 transfodere, vulnerare, distorquere, & quod bo-
 na sunt, quibus frater gaudet, tot sunt spicula,
 lanceæ, quibus viscera transfodiuntur inuidiosi.
*Quot sunt prosperitates hominum, tot tormenta
 sunt inuidorum,* ait D. Petrus Chrysol. Qui
 igitur hoc corde suo admittit recipitque vitium,
 in eum immittit intra inimicus, qui eum lanci-
 net, & canis rabidus, qui eum dentibus dilacer-
 ret: *Invidia* (ait S. Hieron.) *suorum carnifex,* D. H. 2.
 torquet animos, disrumpit mentes, corda corrumpit. *ad Eph. 99.
 Invidia* (scribit D. Hieron.) *a) primum mor-
 dax tuus.* D. Basil. *b) Idem definit, ex suo genere,
 scilicet, dolore: Inuidia est dolor ad proximi pro-
 speritate, ac rerum successu conceptus.* *de inuid.
 Hinc deducit Cassian. c) D. Paulum de eo lo. Tom. 1.
 qui peccato, quando dicit: *Radix amaritudi-
 nis,* alludens ad id, quod de eo dixerat Moyses, *e vit.
 illud explicans iisdem verbis: Radix germinans d. Heb. 12.
 fel & amaritudinem.* Non enim congruentius
 quidquam dici poterat, quo intelligeremus, id *Deut. 29.
 quod vitium illud in anima operatur. Et satis 18.
 patet in Cain, hac peruersa passione commoto:
 honor enim ille, quo Deus Abelem fratrem di-
 gnabatur, eius excedebat viscera, fellium amar-
 tumque turbabat. tristem, capite inclinatum:
 ob quam rationem eum Deus sic interrogat:
Cur iratus es. & cur concidisti facies tua? Simili-
 ter & in fratribus Ioseph; quibus hoc spiritu
 compunctionis superatis, quidquid aduertunt à
 patre, beneficij, ac amoris impendi Ioseph præ-
 ceteris; illud intima illis cordium depaicitur,
 nec vllum tribuit locum quieti inuidiosis. Hic
 diabolus ille malus: *Libera nos, & Deus, à
 malo.*
 Hic igitur ingressus est Regem, Saul: quia (vt
 præclare D. Petrus Chrysol.) nec ipsis parit
 Regibus. *Reges urget.* Nec mireris: est enim
 tinea, quæ coccum pretiosissimum aggreditur,
 ac proinde eius primum natale fuit in celo: Il-
 la enim altissimarum cedrorum pectora, primum
 hanc tineam germinarunt. Notat Saul Dau-
 dem opilionem gloriæ celebrem, ob deuitum,
 prostratumque gigantem Goliath. Auerit,
 quo eum cuncti honore venerentur; Actutum
 excitatur in illo vermis inuidia; & ecce, duo,
 quæ prædiximus in eo confestim operatur. Pri-
 mum intus in anima; seuisissimis agitatur dolo-
 ribus, cruciatibus anxiatu extremis, rabidis
 moribus dilaniatur, *Exagitabat eum spiritus ma-
 lus.***

Secundum exterius in ore: continuo enim interrogat. *Quis est hic?*

Refert Spiritus Sanctus quod obentā de turre illa carne Goliath illoltrissima victoria, summa pompa, & populi totius applausu felicitissimo ingressus est David Hierusalem, in Regis

1. Reg. 17. Saulis conspectum; cui ille: *De qua progenie es, o adolescens? Quo sanguine natus? Oritur modo difficultas qua ratione hoc Saul querere poterit: optimē enim nouerat ille David, nouerat & filium Isai, nouerat & diuini pallorem, nouerat concinnē psallentem cithara: vnde paucis ante elapsis diebus agitatus melancholico humore nuntios misit ad Isai: Misit*

1. Reg. 16. *te ad me David filium tuum, qui est in pascuis: vt psallat coram me, & lenius habeam. Misit Isai filium suum Dauidem, magnis grauem munetibus, qualis tunc temporis magna habebatur; præsentem iam Dauidem creat Saul suum armigerum, qui ex eius oculis, numquam recedebat. Post hæc, paulo antequam David contra Goliath descenderet in arenam, collocutus est cum Saule de incundā monomachia, ad quam ei Saul regia sua arma proponebat. Quid hoc igitur o Rex, tam velox tibi Davidis excidit cogitatio: vt iam de illo quæras, vt ignorans:*

2. vide *De qua progenie es, o adolescens? a Opinatur D. Augustinus b quod iam præterfluxissent aliqui dies, quibus David barba creuerat quodque proinde esset Regi incognitus: hanc opinionem sequitur Cardinalis Caetanus. Licet aliquam patitur difficultatem: considerato enim textu noui tantum interlapsum est temporis, vt tanta potuerit interuenire mutatio. Theodoretus arbitrat̃ur quæstionem hanc ortam ex inuidia, quā*

1. lib. 1. *Dauidis gloriam obscurare conabatur. Videt illum triumphantem, omnem populum ei manus tendentem, ad siderā extolentem: hoc ei bilem mouit, ob hoc indignatur, & interiori animo designatur: vt vero eius euerat gloriam, voluit publicē notificari eius progeniem. Et cunctis innotesceret, Dauidem filium esse vici abiecti de Berthelem Isai: q. d. Ita mihi bene sit, en qualem honoratis: *Quis est hic?* pauperculus, paterni regis opilio. Innatum hoc inuido (teste D. Basilio) vt proximi sui bona, ac præclara despiciat facinora, in publicum adducere, si quos patitur defectus, velut lapillus ille: cum enim statua illa tam pretiosis radiaret constructa metallis, in pedes tamen luteos illisit, quo hæc omnia sunt redacta in fauillam.*

1. Dan. 2. *Hinc patebit (teste D. Cypriano) quam com-*

mune sit illud vitium, licet adeo dissimilatum: Quid cogitas, quid sit: cum alio narrante, quod vicinis tuis talem adeptus est dignitatem; seu honoris gradum, subrides & oculos in terram declinas? Signum est amaritudinis cordis tui, quæ te velut alterum Cain cortoditina trinceus: & continuo erumpis in hæc verba:

*Quis est hic? An non talis filius? Incipis eius ossa emere, eius defectus enarras & lingua tua eius conuuls pedes, & quibus statur exergit. Prodit honoratus beneficiis: audis hoc, & obstupescis; & rotus meditantibus, quasi tibi cordis fibras constrinxissent, confestim quartis stomachabundus. *Quis est hic? Pateat mihi Deus, num tale tali: talis tali filio? Alius diuitis accrescit: videris attonitus: quasi hoc tibi inhilipide, amare que sapiat, & corde falli idiolo acerbis eructas: *Quis est hic? Scito verò hanc naturalem esse inuidia quæstionem, velle mortuos effodere, producere stemmata, genealogias, pro-***

*palare, quæ noli malefata, vel quæ, vt taliam damnas temerarius. Charissime, proprium a gaolce peccatum, vide, quem pectore geris colubrum infernale. Modo nouissima tibi erithorum maledicorum inuidentia. Vident Christum tantā gloriā celebrem, tanto applausu receptum: ilico inuadit eos inuidia Spiritus, Spiritus lazinator, *Deus illis spiritum compunctio-* nis. Illo intrinsecus exagitantur; cordis sibi corrodunt viscera: & nullum in Christi laudem proferebatur verbum, quod illis cor non transfo-* deret, commoueret, laniaret. *Commota est vni-* uersa ciuitas. Illico autem audies illos ore reuoluentis, & dentibus commosientes: *Quis est hic?* Nunc ergo, ita viuam, matutinus attende, cui talis gloria? cui talis applausus? cui congratulatio tanta? *Quis est hic?*

Perelegans est illa D. Chrystostomi confideratio: Natis patri Isaac Iacob & Esau: fames valida regionem illam oppressit: Deliberat Isaac de terra discedere: ac illi Deus: ne discesseris: & licet enim alios, non te tamen fames est oppressura, & vbi ceteri non metunt, ne paleam quidem, triticea erit messis tua, eaque centena: ob patris tui Abrahamæ præclara merita, qui iussis meis obediens, mandata mea, ac ceremonias custodit, & quæcumque illi præceperam. Dixit hoc Deus ratione illius præcepti: *Egytore de terra tua &c.* Et ob ceremoniam circumcissionis. Dicit illa Deus Isaac (ait D. Chrystostomus) Primò: vt ostendat, quanti faciat merita iustorum Patrum: in quorum gratiam, filiis eorum beneficit liberalis. Secundo: vt animos

III.

Inuidia

mortuo-

tom pro-

fert defe-

ctus,

WI

WI

WI

WI

WI

WI

WI

WI

WI

WI

WI

WI

WI

WI

WI

WI



dec Isaac. *Erigit mentem iusti, & ut Patris imitator, fiat, efficit: Num si ille, inquit, qui mea obediunt voci, tanta sollicitatione dignus est habitus, & propter illius virtutem in te, qui ex eo natus es, sum imple urus: Si & ipse imitator illius fueris, & eadem, qua ille, via inceseris, cogita quantum apud me benivolentiam habi, ueris sis, & quanta mensura te signaturus sim.* Omnium primum aggreditur, patris sui Abraham detegere puteos erat enim terra illa sterilis & iniqua, ut autem huic, incommodo succurreret Abraham, multos sibi effoderat puteos, ut patet ex libro Genes. Omnes vero hi obstructi erant & terra repleti: hoc egerat inuida Palæstinorum malitia, qui eos iusserant & lapidibus oppulerant. Venit Isaac, primum eos expurgat, aquam illis extrahit, seminat, & licet terra illa esset infœcunda: *Inuenit in ipso anno contimplum, benedixit, que ei Dominus, & locupletatus est homo, & ibat proficiens, atque succrescens, donec magnus uerimenter effectus est.* Notant hoc Palæstini: *Ob hoc inuidentes ei Palæstini, omnes puteos illo tempore obstructerunt, implentes humo* Dicit quoque Isaac Rex Abimelech: *Recede à nobis, quoniam potestis nobis factus es valde* *Su* intrat D. Chrysostomus aitque: *Considera quanta illorum malitia, qui & aquas iusto iniuriant, & neque Rex inuidiam continere potuit, sed dicit: Recede à nobis.* (O proditores) *Cuius gratia abigis iustum? num aliqua in re tibi nocuit? num iniuriam intulit? Sed ita se habet inuidia, nihil cum ratione operatur. Oportebat eum spectare, & attendere, quem omnium Deus tanta gratia profecisset, quem quis fouere, & seruando, ut honore illum solato, etiam ipsi sibi diuinum fauorem concilerent. Illi autem non solum hoc non faciunt, sed expellere tentant, & dicunt: Abi à nobis. Ita agere solet inuidia, non potest benignè uidere aliorum felicitatem, sed felicitatem proximi suam putat in felicitatem, & tabescit bonis proximi. Iustum abigis? Ille solus sufficit, quò conseruetis. O Christe Sancte Isaac! Quot puteos foderunt Propheta? cunctos aperdit, quos obsecraverat malitia Palæsthorum, Primum uerbis Hierusalem, cælestis aquæ doctrina terram fecundat in diuinæ personæ cognitione. Quam multiplicem populorum colligit messem, qui ad fidem conuersi diuinitatis, eum confiteuntur, ei congratulantur, & ut uero Deo suo hilares famulantur. Propterea inuidebant ei, eumque mundo liminare conuincunt Scribae & Pharisæi, in eius necem conspirant Primores Hierusalem. Hic est effectus inuidiæ, te namque commotum*

grauiter, inuidumque conturbat acerbius, dum proximum uides piæ cæteris exaltari.

S. 6. Populi dicebant. *Per ignorantem populum confundit Deus sapientes; & transfundit celos, & terram.*

Hic est Iesus propheta à Nazareth Galilee. Hæc est populi responsio, aduertit autem Ecclesia mater in Officio Dominicæ Palmatum, quòd Spiritus S. per os turbæ huius loquebatur, ac proinde eam uocat: *Beata turba*, quoniam licet nobis dicere, id quod Dauid mulieri, quæ sibi proposuerat argumentum, subtilius multo, quàm à muliere quis posset expectare. *Verè loab est, qui posuit uerba hæc in ore suo.* Hæc huic beate turbæ dicere possemus, Spiritus S. est, qui posuit uerba hæc in ore tuo, ac proinde pluribus redundant mysteriis quàm litteris, nequum syllabis. Primum intendit Spiritus S. confundere Principes illos, Sacerdotes, & Doctores, licet enim essent Christi miracula, & huius diuini lux adeo splendida, ut eam cæci & uidentes, & agnoscerent, ipsi tamen adeo obsecabantur, ut uel uespersiones ac nocturne obtenebrarentur, & implecerent uicinijs Habacuc, quòd illi, quos celos diximus, lucis Christi gloria radiisque obnubilarentur. *Operuit celos gloria eius.* Et inquirunt curiosi: *Quis est hic?* Et terra, id est, populus, adeo laudis eius est plena, ut canora uoce respondeat: *Hic est Iesus: laud eius plena est terra.* Vident hic impletum Christi uerbum, postquam cæco nato uilum iusto suo dederat: *Ego in hunc mundum ueni, ut qui non uident, uideant, & qui uident cæci fiant.* Ad uerbum hoc (ut) non est particula causalis, ut notant D. Augustinus, D. Chrysostr. & D. Thomas, sed quid futurum sit, indicat, nimirum, quòd illustrioribus suis miraculis, cæci uident, & clarè uidentes, excecarentur. Quam cæci erant hi, qui mundi oculi censebantur? quàm huius diuini solis radijs obtenebrati? quàm obtenebrati? quàm cæculi? dum quæ rant: *Quis est Iesus hic?* Et quàm clara in lucem populus nascitur, a In cæcis, qui tantum solebat esse tenebris obvolutus. *Quis mundus cæcus nisi seruus meus?* Quæ fidei professio tam blande perfecta. Confessio tam illuminata: *Hic est Iesus Iesus.* Opinatur Origen. à D. Cyrillus b & S. Iust. c d. *Quis Iesus Martyr e impletam esse prophetiam portendit illius stupendique miraculi, quòd Deus per Triplicem Isaacam prædixit futurum, in aduentu suo in mundum, quòd ex professo declarat D. Paulus. i. Cor. 1. Primum*